



1055.

1620, 13

18

DISPUTATIO
De
LITIS CONTE-
STATIONE,

desumpta,

Ex jure Civili, Canonico, & Camerali,

quam

Sacrosancta Trinitate aspirante,

Ex decreto & autoritate

*Magnifici & Nobilissimi Jctorum Ordinis, in hac Sa-
lana florentissima,*

SUB PRÆSIDIO

Magnifici, Amplissimi & Consultissimi VIRI

Dn. PETRI THEODORICI,

U. J. D. Rectoris hujus Academiae di-

gnissimi, Professoris Sanctionum Criminalium

publici, Dicasterii Provincialis ac Scabinatus Assessoris

celeberrimi, Præceptoris & Affinis sui, omni animi

cultu honorandi

Pro supremis insignibus, privilegiis, & im-

munitatibus in utroq; jure consequendis;

ad diem 26. Augusti

Publicè, disquisitioni subjicit & proponit

ORTOLPHUS FOMAN Junior.


JENÆ

Typis JOHANNIS BEITHMANNI

ANNO MDCXX.

(5)





De

LITIS CONTESTA- TIONE, POSITIO PRIMA.

Litis contestationis *A* materia,
commendatione non indiget, *B*
Rem igitur ipsam in nomine Do-
mini nostri Jesu Christi statim aggredie-
mur.

A Quam nostrates appellitant die Kriegsbesfestigung /
Item Verfahung des Kriegs / quia speciem bellici certami-
nis præ se fert, *Vult. Jurispr. Rom. L. 2. c. 31. §. est litis contestatio, & c.*
n. 2. in not. quod bellè explicat Forcatul. in dialog. spher. legal. n. 38
& seqq. unde & vocatur prælium civile, & duellum intelle-
ctuale Bart. ad l. un. C. h. t. n. 6 & 9. Græcis dicitur ἀρχαίτης,
id est, principium, origo, ideo quod iudicio initium dat Cujac.
9. observ. 21.

B Sese enim ipsam commendat, ab utilitate, necessi-
tate, & communi seu quotidiano usu; ita ut *Oldendorp. in præ-*
fat. class. de litis contest. dicat, omnibus, & analphabetis quoque,
hoc verbum in ore esse, et hæc litem contestit; quid autem
sit & quid significet paucos rectè percipere, de quo & con-
queritur Vigel. in libello suo singul. de litis contest. & alii plurimi. De-
inde satis commendata & pulcris Encomiis ornata est, dum
ei tantum à Dd. passim tributum, ut illam radicem, lapidem
angularem, principium, & basin seu fundamentum totius ju-
dicii, nominare non dubitarint, secuti fortasse Alexand. conf.
182. n. 6. Hostiens. in summa extr. h. tit. n. 4.

A 2

Ac

II.

Ac ne hujus vocis homonymia A impedimento sit, Litis contestationem hoc in loco intellectam volumus, pro litis seu controversiæ in iudicium deductione B.

A Duas enim litis contestationis significaciones recenset Obrecht. in tr. de lit. contest. c. 1. n. 16. & 17. & I accipi docet, pro toto illo actu, qui coram Prætoribus de constituendo iudicio olim fuit habitus. II. pro sola controversiæ contestatione. arg. l. 14. §. 1. C. de jud.

B Congruâ sc. utriusque partis propositâ intentione & responsione, seu narratione & contradictione, uti in famosissima d. l. 14. ab Imperat. Justin. accipitur.

III.

Nunc, Ulpian. A imitantes, dicimus; de litis contestatione acturos, prius nosse oportere, unde ejus nomen descendat; de quo non omnes idem sentiunt Interpretes B.

A L. 1. Inst. l. 1. in pr. ff. de 7. & 7.

B Pollet. enim 4. histor. for. §. litem contestatam dici vult quasi perpetuam. Aliam affert derivationem Parlador. l. 1. rerum quotid. c. 14. n. 4. Gilken. quoque in Comm. ad l. unic. C. h. t. n. 1. & seqq. Schardii, Hotomanni, Oldendorpii, Ravardi, Alciati, Vigeli & Gothofredi, &c. hac de quæstione opiniones recenset, easdem rejicit, aliamque insuper n. 5. addit.

IV.

Nobis eorum arridet opinio, qui statuunt, litis A contestationem B inde dictam esse,

esse, C quod apud veteres utraq; pars praesentes interpellare solebat, ut testes esse, controversiaq; proposita memoriam tenere velint, his verbis, testes estote Quirites D.

A Litem hic sumimus pro ipso negotio quod inter partes controversitur, & cujus nomine ad Judicem itur, arg. l. un. h. t. l. 23. de Jud. Umm. disp. process. Judic. l. 2. th. 1. n. 1.

B Contestari nihil aliud est, quam testibus adhibitis aliquid declarare Gædd. ad l. 36. n. 14. in f. de V. S. per l. 1. §. 1. ff. quod jussu. quia promiscuè usurpantur testatò aliquid facere, & cōtestatò arg. l. 1. §. 12. ff. de agnosc. & alend. lib. con tamen apud Latinos plerunq; significationem multiplicat, actumque duorum vel plurium indicat. Wesenb. in Com. ad h. tit. C. n. 5.

C Etiam si vetus illa contestatio hodie in usu esse desit, nihilominus tamen nomen remansit. Dn. Parens in pralect. publ. ad h. t. Cod. ad l. un. quest. 1. Hoc enim non infrequens est in Jure nostro, uti etiam videre est in Sponsalibus, quæ nomen acceperunt à stipulatione l. 2. & 3. ff. de sponsal. & tamen nudo consensu contracta etiam dicimus Sponsalia l. 4. in pr. ff. eod. Duaren. ad t. ff. solut. matrim. d. Sponsal. c. 1.

D Narratione principalis negotii utrinque facta, utraque pars, eos qui tum aderant, testes ejus rei faciebant, supra dicta solenni proclamatione. Post Fest. l. 3. voce contestari. Tiraq. de retract. lignagier § 15. gl. 2. n. 2. Joach. Steph. de Jurisd. l. 1. c. 9. n. 10. Rosin. l. 9. antiquit. Rom. c. 15. & alii permulti.

V.

Definiri autem non adeo incommodè ita potest; Quod sit ipsius controversia apud judicem facta narratio.

Alii quidem aliter definiunt; & Speckhan. cent. 2. class. 4. quest. 15. definitionum non paucas recenset, n. 1. Aliter ipse etiam definit n. 2. Mihi autem Ummii definitio præ cæteris placet d. disp. 12. th. 1. quæ desumpta est ex l. un. h. t. & l. 14. C. de judic.

VI.

Partes litis contestationis sunt A Acto-
ris narratio B & rei responsio C.

A Inde patet non fieri litis contestationem solius Acto-
ris narratione l. 2. pr. C. de jurejur. propt. calum. l. 14. §. 1. C. de judic.
Clar. & Consult. Dn. D. Hunn. in resolut. Treutler. vol. 1. disp. 12. th. 2.
q. 9. neque solius Rei negatione per d. l. 2. & d. l. 14.

B d. l. 2. C. de jurejur. propter cal. ibi post narrationem, & c. &
c. un. in f. ext. h. t. ibi per petitionem. Gail. 1. obs. 73. n. 2. primam hanc
partem nominat affirmativam litis contestationem, poste-
riorem negativam. Non autem in species ita dividitur, ut Dd.
com. volunt, sed in partes distributio ita quodammodo de-
claratur. Bocer. class. 6. disp. 20. th. 13.

C Non dico Rei negatio, Actoris affirmatio; Fieri
enim potest, ut & Actor neget & Reus affirmet, & sic à parte
Rei etiam potest esse litis contestatio affirmativa; ut in actio-
ne negatoria; Et econtrario Actoris narratio potest esse ne-
gativa §. equè si agat. 2. Inst. de action. attamen semper debet in-
esse contradictio. d. l. 14. §. 1. affirmativam enim litis contesta-
tionem aliter acceptam, non admittimus, de quo in th. seq.

VII.

Ratione divisionum inter Dd. obvenit
varietas, A Nos uti non omnes admitti-
mus, B ita nec omnes rejicimus C.

A Quidam enim innumeras ferè statuunt, Wesenb. in
Com Co. ad h. t. n. 16. & seqq. Obrecht. tr. de litis cont. c. 2. n. 5. & seqq.
Nullas planè agnoscit Ulm. d. disp. 12. th. 1. n. 3. Quidam denique
unam atque alteram saltem arripiunt Monach. in pract. p. 7. c. 3.
Vult. 2. J. R. c. 31. & alii alias.

l. 10. de q. vult. l. 31. & iud.
l. 10. de h. q. n. & s. n. l. 14. §. 1.
c. 7. iud. Gail. 1. obs. 73. n. 2.
In act. neg. in aliquo iud. a
glor. & serop. et dist. in glor. & serop.

B In negativam & affirmativam ut dividamus, tantum
abest, ut & eam esse falsam asstruere minimè vereamur. Qua-
lis namque lis seu controversia esset inter unum aliquid as-
ferentem, & alterum id concedentem? nulla omnino depre-
hen-

henderetur contradictio, quæ tamen in sæppè allegata & sæpius alleganda l. 14. §. 1. C de Judic. requiritur. Vigel. de lit. contest. c. 1. Diff. Emer. à Rosbach prax. Civil t. 49. n. 6. & seqq. maxime vero n. 7. qui & simplicem affirmativam litis contestationem esse statuit. Sunt quidam qui aliquantulum melius, nec tamen ii satis rectè, tradunt, simplici quidem affirmatione litis contestatione non contrahi; ast cum Reus Jus agendi Actori competere non negat, sed ei exceptionem opponit, quæ actionem elidere intendit affirmativè litis contestationem constitui Bocer. d. disp. 20. th. 15. & 16. quam conditionatam vocat Rosbach. d. l. n. 8. cum quibus facit Termin. in process. c. 31. Reus autem, exceptionem peremptoriam adducens, nihil aliud facit, quam quod Actori contradicat arg. §. 1. Inst. de Except. & principaliter eo spectat & probare cupit se non debere Don. 22. Com. c. 1. post pr. Ergo hic non est affirmativa litis contestatio, ut & Bocer. d. l. th. 18. docet Diff. Gædd. ad l. 36. d. V. S. n. 17. & Dd. com.

C Etenim divisiones quædam facilioris intellectus, docendi & discendi gratia retineri possunt: Hujus farinae in jure nostro est & divisio Dd. qui Dominium aliud utile sive possessionis, aliud directum sive proprietatis esse ajunt Coras. l. 6. miscell. c. 20. n. 2.

VIII.

Non enim absurdè litis contestatio dividitur in simplicem & qualificatam, A Item in generalem & specialem B.

A Vvesenb. d. Com. Cod. n. 18. h. t. de qua divisione j. th. 37. & seqq. Joh. Först. in process. Cam. t. 60.

B Quæ infra habetur in d. th. 37.

IX.

Causa efficiens remota est Jus A causa propinqua est præceptum judicis & animus litem contestandi verbis vel factò declaratus B.

A

A *l.un.C.h.t.* etiam naturale, si sc. originem spectemus ipsius rei Oldendorp in *præfat. class. de lit. contest.* ne scil. in Sacrosancta, ut ille loquitur, Justitiæ officina, violentum admittatur; & ne Magistratus habeat potestatem civilium causarum, quæ privati juris sunt, nisi partes voluerint, de Jure suo per Judicem definiri *arg. l. 1. & 2. pr. ff. de Judic.* Solennitas autem est Juris Civilis Oldend. d. l.

B *Vvesenb. in par. C. de lit. contest. n. 4.*

X.

Litem autem contestatur tam Actor A quam Reus B.

A Maxime de Jure Civili, *arg. l. 14. §. 1. C. de Jud. & l. un. C. h. t.* Dissentire videtur Damhaud. in *prax. rerum. Civ. c. 140. n. 3.* dicens, Reum nec Actorem litem contestari; Qui tamen intelligitur de more fori, quo responsio Rei animo litem contestandi facta est litis contestatio. *Vvesenb. in par. C. d. loc. n. 1. König in process. c. 60. n. 2.* Secus est de Jure Camerali p. 3. *Ord. Cam. t. 13. §. 4.* de quo tamen vid *Gail 1. obs. 73. n. 3.*

B Quod negare videtur Cujac. *l. 9. obs. 21. per l. 11. ff. de jud.* Sed hac de re leges indistinctè loquuntur. Hodie potius Reus contestatur litem, secundum communem opinionem quæ prævalet *Bart. ad l. un. C. h. t. n. 10.*

XI.

Et vel liberè vel coactè A.

A Non quod præcisè & omnimodo ad id Reus cogi queat, sed quod sub certarum pœnarum comminatione id facere jubeatur, de quo *infr. th. 19. & 20.*

XII.

Liberè litem contestaturus id peragit vel in propria persona, vel per alium A. In propria persona litem contestari possunt omnes, qui non prohibentur B.

A *infr.*

A *Infr. th. 16.*

B *arg. l. 1. §. 1. ff. de test. & l. 12. ff. de jud. & si litem contestantur exceptæ personæ, Processus nullitatem contrahit Socin. ad c. un. extr. h. t. n. 3.*

XIII.

Prohibentur autem quidam contestari litem vel naturâ, vel Lege: Natura; Infans, Furiosus, mente captus, mutus & surdus natura simul A.

A Quia vel intellectu, vel operatione intellectus destituuntur, qui hic requiruntur. Eorum tamen Tutores & Curatores horum nomine, & eodem quo Principalis modo, litem contestari tenentur *Wesenb. in d. Com. n. 27. per l. 2. §. 2. C. de furej. propt. cal.*

XIV.

Lege removentur quidam qui sui Juris sunt, ut minores 25. annis A & prodigi B. Lege quoque arcentur à litis contestatione qui alieno Juri subjecti deprehenduntur.

A *l. 1 & 2. C. qui leg. person. stand. in jud. quia nequeunt ver-
fari in iudicio.*

B *Quia furiosis comparantur per. §. 12. l. 7. ff. quib. ex caus.
in poss. l. 1. C. & l. 1. in pr. ff. de cur. fur.*

XV.

Filii enim familias A regulariter suo nomine litem contestari non possunt, uti nec Servi B.

A *arg. l. 79. ff. de acquir. her. §. 1. Inst. per quas person. nob. oblig.
quia omnia Patri adquirunt. Excipitur peculium Castrense*

B

&

& quasi; quo respectu filiofam. sui Juris esse censentur. *inf. pr. Inst. quib. non est permiff. fac. test.* Et si verò filiofam. à quovis extraneo conveniri possunt *l. 38. ff. de O. & A.* Pater tamen peculiotenus tantum tenetur, nisi aut jussu Patris quid à filio factum, aut in rem ejus verum sit, §. 4. & 6. *Inst. quod cum eo, & c. Cisner. ad tit. de judic. n. 9.*

B De Jure sc. Civili, per *l. 6. & 7. C. de judic.* nisi in quibusdam casibus, in quibus servo permiffum fuit in judicio versari, ut in *l. 53. ff. de judic.* Hodiè autem veteri servitutum specie abolita, cum res proprias habere possint *Zaf. in intell. singul. c. de operis, & c. Baro. in t. Inst. de Jure person.* non dubitandum quin litem contestari queant. *Obrecht. d. tr. 6. 3. n. 19.*

XVI.

Tantum de Litis contestatione in propria persona. Per alios litem contestamur, & plerunq; A per eos qui sui Juris existunt.

A Fieri enim potest, ut interdum per personas in potestate existentes litem contestemur. Ut in casibus, quibus servus in judicio versari potest; verbi causa; Quando ablata est possessio, quam Dominus per servum suum possidebat. Absente enim Domino datur actio ad recuperandam detentionem etiam absq; mandato. *l. 1. C. si per vim & ibi Don.* Deinde etiam filiofam. concessum est, absente Patre, & si nullus sit, qui Patris nomine agat, Judicio utili experiri *l. 18. §. 1. ff. de judic. vel si in furorem Pater incidit l. 17. §. 11. ff. de injur. Cujac. ad d. l. 18.*

XVII.

Qui ad duas referri possunt classes: quod sc. quidam autoritate publica, quidam privata id praestent. Illorum numero subjiciuntur, Patres, A Tutores, B Curatores, C & Rerum publ. administratores D.

A *l. ult. §. 6. C. de bon. qualib.* quia bona filiorum administrant.

B *per l. 12. in f. ff. d. test. tut.* Et si enim principaliter dantur personis, in consequentiam tamen etiam rebus constituuntur *l. 12. §. pen. ff. de admin. & peric. tut.*

C *t. t. §. de Cur.*

D *t. t. ff. quod cuiusque universit. nom.*

XIIX.

Horum nomine continentur Procuratores A & Advocati B.

A *l. 11. in pr. ff. de dol. mal. except.* Nec opus est in Procuratorio mandato litis contestationis mentionem fieri *Myns. 4. obs. 99. per tot.*

B *c. 62. extr. de appellat. Socin. ad c. un. h. t. n. 3.* quod tamen eatenus procedit, quatenus personæ principales sint incautæ & indiscretæ, ut ita eorum defectus suppleatur *c. 14. d. jud. alias regulariter id dici de Advocatis nequit, cum causam controversam in iudicio non agant per l. 1. C. de error. Advoc. Don. 18. Com. 3 f. 127. Diff. videtur VVesenb. in Com. ad h. t. n. 27.*

XIX.

Coactè A Reus Litem contestatur, si non vult litem contestari, & quarit subterfugia, quia iudicis officio compelli potest, per varia juris remedia B.

A *Marant. in prax. part. 6. membr. 10. de lit. contest. n. 9.*

B Cogi enim potest pignoribus captis, *arg. l. 1. §. 3. ff. de ventr. in spic. Gilken. ad l. un. C. h. t. n. 43. in f. per multæ impositionem arg. d. §. 3. P. Foller. ad Marant. d. lo. n. 10. personæ detentionem per l. 21. in pr. de noxal. act. Bald. in d. l. un. C. h. t. n. 6. maximè si reperitur extra domum, vel præsens in iudicio arg. d. l. 1. §. 3. Trentacinq. Resol. L. 2. tit. de judic. resol. 13. c. 1. in f. per l. 18. 19. & 20. ff. de in jus voc. Diff. gl. in auth. qui semel. verb. locum habet. C. quomod. & quand. & Bart. ibid. n. 19. nec non per missionem in bono-*

B 2 rum

rum possessionem *c. fin. §. fin. extr. ut lite non contest. & c. Socin. ad. d. c. un. tit. h. t. n. 12. in pr. & aliis modis, An autem lis pro cōtestata haberi possit, Reo litem contestari nolente, satis controversum est. Negant Bald. in l. un. C. h. t. n. 6. Cyn. ibid. n. 10. P. Foller. ad Marant. d. loc. n. 12. quoniam litis contestatio requirit verba animum declarantia arg. d. l. 14. §. 1. C. de jud. Nec potest constare judician Reus sit negaturus nec ne, nisi responderit Bachov in not. Tr. ad disp. 23. vol. 2. th. 3. lit. B. Diff. V. Vesemb. d. Com. n. 23. & Dd. in auth. offeratur. C. h. t. Negativa sententia obrinet de Jure communi. De Jure enim Camerali affirmativa verior, propter §. Wo aber. t. 43. p. 3. Ord. Cam. quæ sententia & in foro recepta est: Reo enim non comparente, Judex Actorem ad ulteriora admittit, unde & communiter hæc clausula citationibus inseri solet, Du erscheinst dann oder nicht, so ergehet doch ferner was recht ist.*

XX.

Est q³ Litis contestatio petenda à persona habili, A convenienti loco B & tempore C.

A *Supra th. 13. Cum tertio ad quem causa non pertinet, & cujus nihil interest contestari litigator non cogitur. Socin. ad rubr. decretal. h. t. n. 4. & c. 5. ut lite non contest. n. 68. quando autem cum tertio lis sit contestanda vide Covarr. pract. qq. 13. & seqq.*

B *Olim in Jure contestabantur litem l. 73. ff. de Procur. Hodie litis contestatio fit in Judicio l. un. cum auth. seq. C. h. t. Coram Judice c. 2. de Elect. & c. un. h. t. Gravaus 1. concl. 73. confid. 1. num. 9. & quidem competente. In incompetentem autem si consensit Reus, coram eo rectè litem contestatur per l. 18. de jurid. quod intelligendum est de Laico. Clericus enim in Judicem non suum consentire nequit, nisi duobus concurrentibus, de quibus in c. 18. de foro compet. & Dn. Parens in prælect. publ. ad d. c. per tot.*

C *Reus enim 20. dierum gaudeat induciis auth. offeratur C. h. t. v. infra. th. 30. lit. C. & th. 34. lit. B. Speculat. L. 2. part. 2. §. 5. n. 6. docet; Agentis Advocatum properare debere ad litis con-*

contestationem, quia inde ejus conditio fit melior, per *l. in minorum* 3. C. in quib. caus. in integr. restit. l. 1. C. de Jud. Rei verò Patrono esse elaborandum ut litis contestatio tardetur, cum per hanc multis effugiis via claudatur *l. 3. cum seq. C. de jurisd.*

XXI.

Ad materiam Litis contestationis referuntur omnes A causa regulariter, Civiles B & Criminales C.

A Etiam quæ consistunt in Jure litigatoris, *Obrecht. in d. tr. c. 2. n. 9. per l. 21. in f. C. de probat.* quod tamen ad hodiernum usum restringit *idem. c. 4. n. 53.* cum de Jure Civili super Jure litem non contestemur *Ulm. d. disp. 12. th. 3. n. 10.*

B Sive actiones sint reales sive personales *Vvesenbec. in com. ad t. C. h. n. 30.*

C *l. 15. §. 5. ff. ad S. Ct. Turpil. l. 13. C. ad l. Jul. de adult. l. ult. C. ut intra cert. temp. crim. & c. Grava. 1. concl. 75. n. 2. Diff. Pruckman. 1. conf. 43 n. 7.* Sed est contestanda lis in criminalibus, maxime Jure Saxonico *Vvesenbec. d. Com. n. 30.* Es seye in Peinlichen oder Bügerlichen Klagen etc.

XXII.

Tam petitoria quam possessoria.

C. un. h. t. §. 4. vers. hodie. l. de Interdict. Vvesenb. conf. 6. n. 5. & Sdein ad d. c. quoniam 5. extr. ut lite non contest. n. 59. f. 556. ubi latissimè refutat *Guilielmū de Cun. qui in l. omnes ff. de in integr. restit.* Dissentit à communi *Dd. sententia*, putans in interdictis seu judiciis possessoriiis, non exigi litis contestationem.

XXIII.

Et prima & secunda instantia.

Quoad primam instantiam consentiunt *Dd.* De Appellationis autem Judicio, seu secunda instantia res est non adeo expedita, penitus igitur erit inquirendum. Distingui-
mus inter Jus Commune & Camerale. De hoc Jure indistin-
ctè requiritur litis contestatio *Ord. Cam. p. 3. tit. 32. §. Wo aber*

der appellat. licet ab interlocutoria provocatum sit. *Denais t. fur. Cam. 96. n. 5. Diff. videtur Treutl. vol. 2. disp. 23. th. 3. lit. B. inquit;* In Camera non attendi, quod appellatio facta non fuerit. Id verò rectè exauditur de litis contestatione in inferiori iudicio omitta, *Bachov. ad d. lit. B. Eundem casum etiam excipit Gail. 1. obs. 75. n. 6. in f. De Iure communi inter appellationem ab interlocutoria & definitiva subdistinguit A. Khol. exerc. 4. & 5 per tot. In illa litis contestationem abesse posse statuens, per c. 70. §. ult. de appellat. in hac eam requiri asserens. VVurmser. t. 13. obs. 1. n. 1. Diff. Myns. 1. obs. 1. n. 3. tradens, quamvis à definitiva appellatum sit, processum ob omissam litis contestationem non corruiere, modo in prima instantia litis contestatio intercesserit; Quæ sententia obtinet, quatenus id litigatoris contumacia suadet c. 58. de appellat. vel utriusque litigantis consensu litis contestatio omittitur, secundum *Ummium d. th. 3. n. 12.**

XXIV.

Regulariter, dictum est, in omnibus causis requiri Litis contestationem. Sunt enim quidam casus excepti, qui vel causas vel personas concernunt.

Omnes casus exceptos hîc significare non est animus; Eorum autem quosdam recensebo. De reliquis videatur *Socin. ad d. c. quoniam. 5. ut lite non contest. à n. 7. usque ad 77. Gilken. in Com. Cod. h. t. à n. 51. usque ad n. 87. & alii.*

XXV.

Causarum ratione excipiuntur cause spirituales, A nullitatis, B diffamationis, C dotis, D appellationis, E breviores, F in quibus libellus omitti potest, G & reliqua summaria seu extraordinaria H.

A Quæ regulariter litis contestationem non desiderant *clem. dispendios. 2. de iudic.*

B Si

B Si incidenter & conjunctim cum appellationis causa moveretur Keyger process. Ind. disp. 5. th. 4. lit. A. veletiam principaliter, ita tamen ut sit notoria Myns. 1. obs. 31. ut & in Camera Imperiali, super notoria nullitate, ante litis contestationem, pronunciatur O. C. part. 3. t. 34. §. Unde sol. also etc. Secus enim est, quando requiritur altior indago, & à parte tantum allegatur, nec ex actis apparet Gail 1. ob. 77. n. 5.

C Actor enim summariam saltem exhibet petitionem, super qua litis contestatio omittitur, & summarie saltem proceditur Gail. d. l. 1. obs. 12. n. 2.

D per clem. 2. de iud. si ad restitutionem dotis, nec separationem thori ob commissum adulterium agitur c. 1. & c. tue de Procur. Monach part. 7. process. de lit. contest. c. 6. n. 8.

E adhibita distinctione supra in not. th. 23.

F *auth nisi breviores. C. de sentent. ex brev.* quæ autem dicantur breviores Judex æstimabit. Gilken. d. Com. l. unic. n. 55. C. h. t.

G Quarum causarum permultas congeffit. *Asin. in pra-xi §. 4. c. 3.* ultra 80. enumerans casus.

H De quibus in clem. *sepè de V. S.* & in Ordinatione *Cammer. p. 3. t. 2. & 3.* Zanger. d. except. p. 2. c. 1. n. 18. & seqq. Diss. Gilken. ad d. l. un. n. 52. in summaris causis non minus ac in ordinariis exigens litis contestationem.

XXVI.

Quibus addi possunt cause notorie A & in quibus vertitur periculum animæ B vel publicum commodum, C & ubi periculum est in mora D.

A In quibus manifestè Judici constat de Actoris Iure clem. *pastoral. 2. de sent. & re jud.* in notoriis enim non observatur Iuris ordo d. clem. 2. & c. ad nostram extr. de jurej.

B Socin. ad d. c. quoniam. 5. n. 54.

C l. 21. C. de pan. c. quia. 3. quest. 2. Ves. in Com. C. h. t. n. 31. cir. fin.

D l. 5. §. 11. de operis novi nunc. l. 2. de feriis Bald. in l. incerti. 3. n. 20. C. de interdict. Not

XXVII.

Non autem praterenda est litis contestatio in causis criminalibus A etiam utraque parte presente, B & Judice volente C.

A Uti quidam volunt, referente Rittershus. in Nov. par. 9. c. 16. n. 9. contra l. 20. de accusat. & l. ult. C. ut intra cert. tempus crim. quest.

B Litis enim contestatio requiritur, etiam si partes sint presentes. v. Myns. 1. obs. 38. in pr.

C Nisi lege vel superiore permittente, vel mandante, ut causa de simplici & plano examinetur. Myns. 3. obs. 70.

XXVIII.

Ratione personarum excipiuntur causa Pauperum, A carceratorum, B Rusticorum C & reliquarum miserabilium personarum D.

A Quæ est communis Dd. opinio, à Gilken. tamen impugnata in Com. ad h. t. C. n. 61.

B Eset enim iniquum tantisper in carcere aliquem aservari, donec servato processu ordinario, causa ad finem perducatur; Maxime si ex Civili causa in carcerem sit conjectus Gail. 1. obs. 78. n. 3.

C Ut & aliorum simplicium hominum; Quando enim lis est mota inter homines simplices, processus absque libelli oblatione, & per consequens sine Litis contestatione valet Gylman. Symphor. t. 4. p. 1. vot. 52. n. 13.

D Vult. I. R. l. 2. c. ult.

XXIX.

Formam, contestatio litis, à Jure habet

ordinatam, A à qua recedere non licet, B
quia aliàs pro nihilo habetur C.

A Castrens. p. 1. cons. viso processu 401. n. 2. de qua in seqq. th.

B arg. l. 24. in f. ad Municip. Socin. ad c. un. h. t. n. 86.

C textus in auth. offeratur in f. C. h. t. VVurms. pract. obs. l. 1.
r. 13. obs. 2.

XXX.

Ea autem secundum Justiniani sanctionem talis est; Ut vocato ad Judicium Reo, Aprævia Actoris cautione, B libellus offeratur, & Reo concedantur 20. dies, C quibus deliberet, velit ne contendere an cedere.

A Hæc forma Litis contestationis habetur in auth. offeratur C. h. t. & auth. libellum, & c. ibid. desumptis ex Nov. 53. c. 3. & Nov. 96. c. 1. extat & in c. 4. §. offeratur 3. q. 3.

B Se scil. intra duos menses litem contestaturum, vel omne damnum, ei, qui convenitur contingens, in duplum restitutum, cautione tamen non transcendente 36. aureos, d. auth. libellum, & c. Mejer. Colleg. Argentor. t. d. Judic. n. 158. Aliæ etjam cautiones ab Actore sunt præstandæ, ut in Nov. 112. c. 2. & Nov. 53. c. 3.

C d. auth. offeratur. & d. c. 4. VVesenb. in Com. C. h. t. n. 55. putat in hac auth. & d. auth. libellum, & c. Reo diversa tempora statui, quibus lis sit contestanda; Sed in d. auth. libellum, & c. actori saltem tempus præfigitur intra quod litem contestetur. arg. eorum quæ dicta sunt hac th. lit. B. Nec etiam opus hic est distinguere, propter l. 2. C. de exhib. reis, inter causas criminales & civiles cum Gothofred. in not. ad d. auth. offeratur lit. K.

XXXI.

Deinde Reus, præbitis sportulis, A cau-

C

tiōe

tionem Judicio sibi B praestet, & libello subscribat diem libelli sibi oblato C.

A Quas, si absolvitur, repetit, l. ult. C. de fruct. & lit. expens. §. 24. Inst. de act. de quibus Dn. Parens in pralect. publ. ad l. fin. quest. 1. C. de sportul. & sumtib. & c.

B Quæ personalis fideiussio dicitur, in allegata Nov. 53. §. 2. ad differentiam cautionis Judicatum solvi; Hæc enim de re est, non de persona.

C Ut inde appareat, an 20. dies sint præteriti, & ne ob hoc ars quædam fiat *sæpius dicta* Nov. 53. c. 3. §. 2.

XXXII.

Deniq, si ad Judicium ventum est, Reus præsens interrogetur an 20. dies transierint. Si non sunt elapsi, omnia facere potest, quæ fiunt ante litis contestationem. Si verò affirmat Reus, præterisse 20. dies, fit A Litis contestatio.

A d. §. 2. Non quod per illam temporis præteriti assertionem lis contestata intelligatur, uti statuere videtur Mejer. §. allegato Colleg. Argentor. n. 157. sed quod illam affirmationem sequatur litis contestatio.

XXXIII.

Fitq, Litis contestatio unius petitione, A alterius responsione, B animo litem contestandi, C utraq, parte præsentem, D uno eodemque actu E idoneis verbis F proposita.

A c.

hoy A c. 54. versic. partibus. extr. de electi. non positione, c. un. h. t. cum positiones usurpentur animo eliciendæ confessionis, quæ sit loco probationis c. 1. & 2. de confess in 6. & absit voluntas contestandi.

B Vel unius narratione alterius contradictione l. 14. §. 1. C. de jud. Quare tam Actor quam Reus litem contestatur, Gilken. ad d. l. un. n. 10.

C Ne scilicet appareat de contrario animo. Alias enim semper præsumitur animus contestandi litem. Menoch. 2. præsumpt. 30. Idcirco non requiritur communis illa formula; In gemüth vnd meynung den Krieg Rechtens zu befestigen/ etc. Monach. d. lo. c. 2. n. 3. In Camera quoque Imperiali non est opus illa clausula; Etenim hisce verbis Reus litem contestatur; Ich bin der Klag nicht geständig / bitte mich von derselben mit Abtrag Kostens vnd Schadens zu erlegen/ p. 3. Ordin. Cam. t. 13. §. 4. Consultius autem est, si animus litem contestandi exprimitur, ita enim remedium paratur, ad amputandas cavillationes Grævus 1. conclus. 73. n. 6.

D arg l. un. h. t. & l. 14. C. de jud. Marant. d. lo. de litis contest. n. 8. Vvesenb. in Com. ad h. t. n. 40.

E per l. 1. §. 1. de V. O. aliud autem usu observatur vid. th. 35. lit. D.

F Non requiritur scriptura; ut quidam sine fundamento volunt. Pro nostra sententia facit l. 1. C. h. t. Mejer. d. lo. de judic. th. 166.

XXXIV.

Judiciorum autem usus, & communis Dd. schola ab ista forma nonnihil recessit. Actoris enim cautio hodie in usu esse desiit, Auti & spatium 20. dierum reo concessum, B Sportularum etiam hodiè alia conditio est C.

A Hujus enim cautionis usus in desuetudinem abiit

C 2 Zan-

Zanger. p. 2. de Except. c. 20. n. 4 prout & satisfactio Actoris, quod velit litem prosequi usque ad finem, & si appareret, se injustè litem movisse, quod velit decimam partem litis in libello comprehensæ solvere, *auth. generaliter. C. de de Episcop. & Cler. exolevit Hartm. Hartm. t. 5. obs. 3.* Meritò hanc necessitatem satisfaciendi sublatam esse, tradit Gothofr. in not. ad d. *auth. generaliter.* ne egeni, utpote destituti satisfactio, suum in Judicio recuperare impediatur.

B Interdum enim abbreviatur, ut si Reo cum Citatione libelli copia mittitur *part. 3. O. C. t. 12. §.* Und sollen in solch en/ etc. Schultes in process. Termin. c. 200. n. 5. Interdum prolongatur spatium deliberandi, ut si post oblatum libellum competens spatium datur, quo purgatis Exceptionibus declinatoriis & dilatoriis, commodè ad contestationem eatur, vel si Reus ex longinquo exhibendus sit *l. 2. C. de custod. & exhib. re. Diff. Gothofr. ad auth. offeratur lit. K.* existimans spatium deliberandi, cum sit à lege datum, minui per Judicem non posse.

C Quid usu observetur, tam in Camera, quam in Judiciis Provincialibus Lipsiæ, Witebergæ, & apud nos Jenæ, videatur Schwartzenthal. l. 3. Processus, actu 6. c. 2. n. 5. & Dn. Parens in explic. l. fin. quest. 2. & 3. C. de sportul. & sumt.

XXXV.

Nec satisfactio Judicio sisti à Reo exigitur, A neq; affirmatio Actoris, B neq; utriusq; partis presentia, C multo minus continuus actus D requiritur. Verbis E autem adhuc hodiè fit, idoneis F scilicet.

A De moribus Saxonum sc. Coler. p. 3. c. 11. n. 92. de process. execut. nisi adsit justa causa, ut timor fugæ & similis *Monach. p. 5. process. §. 3. n. 11.*

B Sola enim negatio ex parte rei sufficit *Gail. 1. obs. 73. n. 3. & Wesenb. par. C. h. t. n. 1.* Unde post litis contestationem Rei, Actor non necesse habet narrata sui libelli, contestationis loco repetere, sed nihilominus ea utrinque facta intelligitur *Gail. d. n. 3.*

C Erat

C Erat contestatio litis actus legitimus & utroque præsente fiebat In foro autem id non amplius observatur *Gutier. 1. quest. pract. 51. & Dn. Hillig. p. m. in Don. enucl. L. 24. c. 1. lit. E.*

D *Decis. Rotæ b. n. 2. h. t.* Proinde per responsionem, quæ post aliquot dies propositam actionem sequitur, inducitur Litis contestatio, si scilicet Actor ad ulteriora progreditur *Obrecht. d. tr. c. 6. n. 17.*

E Præsertim de Jure Saxonico da von Mund aus in die Feder zu verfahren/ *Novell. Elect. Saxon. p. 1. const. 9.* In Camera autem plerunque in scriptis fieri Litis contestationes, easque responsionibus ad libellum præfigi, ait *Schwann. l. 2. de process. Cam. c. 13. n. 13.*

F Quia variæ reperiuntur formulæ, & de idoneis jam videbimus.

XXXVI.

Verba idonea considerantur, à parte vel Actoris vel Rei. A parte Actoris plerunq; A sunt affirmativa.

A Quia negativa sunt verba si in actione negatoria, negativè proponit libellum §. 2. *inst. de action.*

XXXVII.

A parte rei negativa potissimum sunt, nec tamen uniformia. Interdum enim sunt simplicia, interdum qualificata A. Simplicia rursus dividi possunt in generalia & specialia B.

A Alii distinguunt in directa & indirecta, de qua divisione videatur *Um. d. disp. 12. n. 15.* simplicia hic sumo, pro responsione negativa simpliciter, ut si negat Reus contenta libelli vera esse. Qualificata sunt, si Reus responderet aliqua exceptionis qualitate addita; solutionis scilicet metus, doli, &c. *VVesenb. in Com. ad C. h. t. n. 18.*

B Generalia, si in genere omnia proposita Reus negat.
Specialia, si disertè ad singulos articulos responderet.

XXXIIX.

Sub generalibus continentur verba credulitatis, ambiguitatis, conditionis & negationis.

De quibus in th. seqq. usque ad th. 48. examen instituetur.

XXXIX.

Credulitatis verba dicuntur, si Reus respondet, Non credo; Quænum sufficiant, questionis est? Distinguemus.

Distinguunt alii, ponderandum esse an Judex ad hanc responsionem taceat, nec ne, ut Sichard. ad n. l. un. n. 84. Alii simpliciter negant Accurs. ad d. l. un. h. t. Alii simpliciter affirmant. Matth. de Afflict. in Com. in us. Feud. L. 3. t. 4. §. Vasallus. num. 6. Nos facimus cum Obrecht. distinguente inter causam criminalem & Civilem. Illo casu non admittitur ejusmodi responsio; hîc toleratur, si de alieno factò quæstio est nec de proprio arg. c. 15. vers. ad quæ extr. de restit. spol. d. tr. c. 7. n. 7.

XL.

Ambiguitatem sapiunt verba, quibus Reus neq₃ negat, neq₃ fatetur. Et talis rejicienda est responsio.

Per Judicem verò cogendus est, ut directo respondeat Socin. ad c. un. h. t. n. 77. Si neque tunc obtemperat propter contumaciam in solidum convenitur Lag. in method. Jur. Civ. p. 5. c. 17. n. 14. per l. de atate. 11. §. qui tacuit. 4. & 7. ff. de interrogat. in Jur.

An

XLI.

An admittenda est responsio Procuratoris vel heredis Rei, per verbum ignoro? A.

Maranta d lit. contest. n. 7. per l. 7. ff. ad S. Ct. Vellej. Dissentire
Vvesenb. in par C. h. t. n. 6. refert Bocer. d. disp. 20. th. 23.

XLII.

Conditionalis responsio recepta est.

Myns 3. observ. 74. n. 6. per l. 3. §. 11. ff. de pecul. vocatur etiam
Eventualis & in Camera admittitur, juxta Recess. Imper. Anno
1570. §. Demnach sollen / r. fol. 658. Eventualis illa contestatio
Litis annecti solet Exceptionibus oppositis, his verbis: Im
Fall angezogene Exceptiones nicht der Erheblichkeit / daß er
dardurch von eingeführter Klage zu entbinden / wil er hiermit
litem in Eventum negativè contestiret haben. Schwannm. d. Pro-
cess. Cam. l. 1. c. 43. in pr. Diss. videtur Bocer. d. disp. 20. th. 32.

||
ob. v. d. h. n. p. 7. 6. 32. 8. 8. / s. l. m. a. n. d.

XLIII.

*Negationes non uno eodemq; sunt modo;
Interdum enim explicitè, interdum impli-
citè. Explicitè, ut si Reus dicit, Non est
verum.*

Perea enim verba introduci Litis contestationem re-
fert gl. in l. un. C. h. t. quia idem est ac si diceret Reus, Nego ve-
rum esse quod in actione instituta habes: An autem tali
generali negatione omnia in libello contenta negata
intelliguntur? Prout magni usus ita obscura est hæc qua-
stio. Eam latè & subtiliter admodum declarat Obrecht. d. tr. de
lit. contest. c. 7. à n. 14. usq; ad 30. quo brevitas causa digitus in-
tenditur.

Ex-

XLIV.

Exinde Dd. quarunt, an fieri possit Litis contestatio per hæc verba; Tu mentiris per gulam? A.

Sichard. ad l. un. C. h. t. n. 9. Nec distinguit cum Panormit. ad c. un. h. t. an Judex in illa responsione adquiescat nec ne. Interim non dubitamus, quin ob irreverentiam à Judice multari possit. l. 1. §. 2. de postul. V. Vesenb. in Com. Cod. hic. n. 44. qui ait, etiam injuriarum agi posse contra Reum ita litem contestantem, & hæc opinio displicet Sichardo. d. n. 9.

XLV.

Implicitè fiunt Litis contestationes hoc modo; Nego narrata prout narrantur & petita prout petuntur.

Castr. in l. 14. n. 4. C. de Jud. Hanc formulam usitatiorē & tutiorē esse tradit Joh. Baptist. Schwartzenthal. l. 2. process. c. 3. n. 2. cum ea Reum eximat inficiationis pœna, nec adversarium in aliquo instruat, Felin. in c. un. h. t. n. 20. Eam tamen à vera Litis contestatione, nimium quantum discrepare rectè dicit Dn. Hillig. p. m. in Don. enucl. L. 24 c. 1. lit. D. Quia Judex æquè incertus est ac antea, in quo lis consistat. Quia verò hodie non statim initio litis Exceptiones, Replicæ, duplicæ proponuntur, idcirco utcunque defendi posse illam contestationem differit Bachov. in not. ad Tr. vol. 2. disp. 23. th. 3. lit. B.

XLVI.

Due sunt partes formulæ modò dictæ; una quæ narrata prout narrantur; altera quæ petita prout petuntur, Reus negat: Num omissio unius partis vitiet Litis contestationem Dd. controversant.

Pro

Pro affirmativa opinione militat, quod Actoris Libellus ex narratione & petitione constat. Ergo ad utrunque caput est respondendum. Sed in negativam sententiam descendit *Specul. de lit. contest. §. nunc. dicamus. n. 18. & Dd. Comm.* Negato enim uno negatur & alterum, ut negata narratione, negatur & petitio per *l. si ex plagis §. 2. versic. quod si neq. ff. ad l. Aquil. & l. 13. §. 2. ff. de Jurej.* Idque in causis Civilibus conceditur. *Sichard. in d. Com. ad h. t. n. 8. non tamen Jure Saxonum. constit. 10. Elect. Saxon. part. 1.*

XLVII.

In omnibus ferè judiciis receptus est hic modus contestandi litem: Nego narrata proutarrantur, & dico petita fieri non debere.

Marant. in d. lo. par. 6. memb. 10. n. 5. Diss. quidem Gilken. in Cod. ad h. t. n. 23. Sed usus quotidianus repugnat: Germanicè sequentibus verbis plerunque utitur Reus: Sage demnach Beklagter in gemüch vnd meynung den Krieg Rechtsens mit nicht gestehen zu befestigen/das er der einkommenen vnd angestellten Klage / mit allen ihren qualiteten Umständen vnd Anhängen / wie die erhoben vnd vorbracht / nicht geständig. & sic negat narrata proutarrantur, daher auch des Klägers annectirte petition kein statt haben kan / Jacob. Schult. in not. ad Process. Termin. c. 208. n. 18. In Camera Imperiali formula certa est præscripta his verbis, In Sachen N. contra N. bin ich der Klag nicht geständig/bitte mich von derselben mit Abtrag Kostens vnd Schadens zu erledigen/p. 3. Ord. Cam. t. 13. §. vnd nach dem/ &c.

III.

Hactenus de Litis contestatione generali. In speciali distinctè & specialiter Reus ad omnia respondet.

D

Ge-

Generalis responsio non caret scrupulo, Proinde rectè facturos Judices, si Reo imponerent, ut is distinctè & specialiter responderet, ait *Obrecht. in d. tr. c. 2. n. 42.* Idemque hisce in terris & Electoratu Saxoniae observatur *d. const. 10. Elect. Sax. & art. 12. constit. nostrorum PP. Dn. Par. ad h. t. C. q. 2.* Et si verò plures quaestiones controversae moveri possunt in eadem causa, occasione primae controversiae; Spectatur tamen saltem primus conflictus, & de illa principali lite solum definitiva fertur sententia, etsi de aliis incidentibus quoque cognoscatur *Vigel. de lit. contest. c. 1. p. 546. Pollet. 4. histor. for. 8.*

II.

Qualificata A Litis contestatio est, si Reus non simpliciter negat, & Actori Jus agendi competere eatenus concedit, quatenus Actoris intentio opposita Exceptione non elidatur B.

A De connexionē s. th. 37. lit. A.

B *In pr. Inst. de Except.* Exceptionis objectionē non inducitur litis contestatio *Bart. in C. h. t. n. 6. per c. 1. & 2. de lit. contest. in 6.* Secus est quando Reus affirmationi Exceptionem subjungit, quae contradictionem mutua in causa principali habeat, *c. 1. de postul. pralat.* aut quando proposita exceptio suos terminos egreditur, & contestationem litis parit. *c. 62. de appellat.*

L.

Quia Exceptionum non una est eademque natura, de illarum speciebus peculiariter erit dispiciendum. Per declinatorias exceptiones, certum est, nos litem non posse contestari.

Quip-

Quippe quod ad causæ merita non pertinent, ac ante
litem contestatam proponuntur & absolvuntur. l. pen. & ult.
C. de except. Sich. in Cod. h. t. n. 11. & Dd. com.

LI.

De aliis dilatoriis idem penè dicendum.

Quia etiam ante Litem contestatam opponendæ sunt
Coler. ad c. 2. n. 49. extr. de Except. de quo inter omnes convenit
quoad dilatorias Judicii. Aliud autem statuitur in dilatoriis
merita causæ respicientibus, si ejus nomine ut Litis conte-
statio inducatur, controversia mota fuerit inter Actorem &
Reum Sichard. d. lo. ad l. 19. de probat. n. 9. Diss. Specul. hic. §. quando.
n. 1. referens litem contestationem fieri debere super omnibus
Exceptionibus dilatoriis.

LII.

*Restant peremptoria, de quibus alii ali-
ter sentiunt: Nos distinguendum esse pu-
tamus.*

Cum Cyn. ad h. t. Cod. n. 5. distinguente cum modernis
Dd. inter Exceptiones respicientes tantum actionem prin-
cipalem, nec processum Judicii, & inter Exceptiones utrum-
que concernentes. Ibi fieri Litis contestationem per earum
objectionem; Hic, si opponantur petitioni, tunc Litis con-
testationem constitui, secus si Processui opponantur; Diss.
alii aliter, ut monet Umm d. disp. 12. thes. 4. n. 17.

LIII.

*Unde verbi gratia Exceptio transactio-
nis per Reum ita allegari solet, ut importet
Litis contestationem. Sagt kurtzlich / daß
aus Ordnung der Rechte causa transac-
ta nicht sol resuscitirt werden / weil dann*

D ij diese

diese jtz streitige Sache allbereitt ver-
tragen / laut eingelegten Reccesses / so
bittet Beklagter / des Klagers fürgeben
vngachtet / in Krafft gescheneer zer-
störlicher Exception mit Erlegung aller
Gerichtskosten / von der Klag sich zu ent-
binden.

*Rosbach. in process. t. 49. n. 36. Ejusmodi enim Exceptio in
effectu nihil aliud est quam negatio seu contradictio.*

LIV.

*Finis Litis contestationis est, ut causa
status cognoscatur, A Judex intelligat su-
per quo sententiam ferre debeat B & Liti-
gatoribus de probando vel oppugnando
constet C.*

A Ex intentione Actoris & depulsione Rei d. l. 14. §. 1.
C. de Jud.

B Unde nimis generalia verba rejiciuntur, ex quibus
propter ambiguitatem animadverti nequit causæ status arg.
l. 3. §. 1. ff. de accusat. Wesenb. ad t. C. h. t. n. 49.

C Quæ omnia ordinationem Judicii spectant. VVeser.
in d. Com. n. 58. & in parat. C. h. t. n. 7.

LV.

*Effectus distinguuntur secundum Obje-
cta Juris, Personas Res & Actiones.*

Quos tamen omnes hinc pertractare, non fert occasio.

Sub

LVI.

Sub personis, secundum subjectam materiam comprehenduntur Judices, Actores, Rei, & Procuratores. Quoad Judicem operatur Litis contestatio, quod is non possit amplius recusari, A inde etiam ejus officium ac cognitio incipit B.

A l. 4. C. de Jurisdic. omn. Jud. Nov. 53. c. 3. arg. l. 112. de V. O. nisi nova aliqua suspicionis causa emergente.

B l. adiles 25. §. 8. de edil. edict.

LVII.

Quoad Actorem & Reum contestatio Litis efficit, ut illi Judicio & foro competenti subjiciantur A & in conjuncto Judicio retineantur, B ac pœnitere amplius aut resiliire nisi eum damno litis nequeant C.

A l. pen. de Jurisdic. ibi, post susceptam cognitionem, & c.

B Uti sunt actiones de possessione & proprietate l. 10. C. de Jud. quia continentia causæ non dividenda est. Meland. Com. Camer. p. 1. f. 59. & seqq. Don. 17. Com. 18. & ibid. Dn. Hillig p. m. lit. H. in not.

C l. 3. §. 11. de pecul. cumque de Jure Saxonico, Guarandæ præstatio sit pars Litis contestationis respectu actoris, gl. ad art. 47. lit. a. L. 1. Landr. VVesemb. in par. C. h. t. n. 3. eapropter Actor quoque post Guarandam præstitam absque damno litis non poterit actionem invita parte adversa deserere per d. §. 11. Johan. Monach. in process. part. 5. §. 5. n. 8. p. 159. Deinde Actor obstringitur pœna ruptæ Guarandæ, si libellum mutat, art. 63. L. 1. Landr. Ratschitz. par. 1. process. art. 13. n. 7.

D 3 Acto-

LIIX.

Actoris conditionem contestatio litis facit meliorem, & interdum deterio- rem.

Hot. 4. obs. c. 5. per l. 29. ff. de novat. l. 86. cum seq. ff. de R. 7. Diff. videtur Pac. in Epit. Jur. disp. 25. n. 16. asserens per Litis contestationem conditionem Actoris non fieri deterio- rem.

LIX.

Melio- rem facit conditionem Actoris in pari causa occupantis, id est, anteverten- tis.

per l. 9. de V. O. l. 19. de Re Jud. Unde & Cessionarius Litis contestatione facultatem exigendi adimit ei qui cessit, l. 3. C. mand. l. 16. ff. de Procur. Ant. Fab. in rational. ad d. l. 16. videatur Hotom. d. c. 5. qui quatuordecim effectus enumerat, quibus actoris conditio reddatur melior per litis contestationem.

LX.

Deterio- rem efficit, quia actor cautionem amplius exigere nequit à Procuratore Rei, A instrumenta edere cogitur, B & recon- ventioni subjicitur, si ea litis contestationi annectitur C.

A l. 40. §. ratihab. de Procur. VVurmser. pract. obs. L. 1. c. de sa- tis. obs. 4.

B Ante litem contestatam fit quidem editio, sed regu- lariter sine die & consule l. 1. §. 2. ff. de edend. Sed post litem contestatam instrumentorum originalia edi debent l. quicun- que. 2. ff. de fide instrum. Et instrumentum ante litem contesta- tam editum non probat, nisi post litem contestatam repeta- tur per c. veniens 2. extr. de testib. Myns. cent. 2. obs. 53.

Cu

C Adeo, ut si intra hoc tempus non finiat litem, Reus ab instantia sit absolvendus d.l. 13. §. 1. & ibi Sichard, n. 2. quod Jus ab ulu recessit Zang. p. 1. c. 1 n. 22. de Except.

LXIV.

Deterior conditio Rei per litem contestatam redditur, propterea quod is in mala fide constituitur, A in mora est, B ad restituendos fructus obligatur, C & Exceptiones amplius opponere nequit D.

A l. 25. §. 7. de pet. her. quoad fructus Gædd. ad l. 12. §. 1. n. 9. de V. S. Verè non est malæfid. possessor, sed fictè, quia conscientiam Rei non ita onerat ut scientia rei alienæ Schneidew. ad §. 35. I. de acquir. rer. dom. n. 9. videatur Dn. Hillig p. m. in Don. enuc. l. 19. c. 14. lit. N. & O.

B l. 84. ff. de V. O. Quod tamen non frequens est: Vix enim ad iudicium pervenitur, nisi præcedente prius extrajudiciali interpellatione l. 3. in pr. ff. de Usur. Saport. de mor. c. 2. in f.

C A tempore Litis contestatæ in strictis sc. Judiciis l. 38. §. 7. ff. d. t. Ampl. Dn. Præcept. Arum. in tr. de Mora. c. 8. n. 9. tam perceptos, quàm quos percipere potuit, l. 2. C. de fruct. & lit. expens. Don. 20. Comment. 5.

D l. 19. C. de prob. & l. 8. cum seq. C. de Except. ibiq. Don. n. 2. & 7. regulariter sc. Cujac. ad l. 4. §. 9. pen. & ult. d. t.

LXV.

Post Litis item contestationem absens in criminalibus damnatur, A facultas adjecto solvendi adimitur, B & reconventionem cum conventionem pari passu discutere non permittitur C.

A l. 10. de publ. Jud. ibi cognitione inter accusatorem & c. Cujac. 20. obs. 11. & 20. & Vult. in discept. c. 11.

B l.

B l. 57. inf. de solut.

C Sichard. ad auth. & consequenter n. 6. C. de sentent. & interloc. supr. th. 60. lit. C.

LXVI.

Procuratores post litem contestatam mutari nequeunt A domini lites efficiuntur, B & condemnantur C.

A l. 17. de Procur. l. 64. ibid. quia res amplius non est integra. Mutabitur autem si Prætor justam subesse causam cognoverit, l. 27. d. t. c. 2. de Procur. Myns. 5. obs. 44.

B Ita ut substituere possint c. 1. §. licet. de Procur. in 6. l. 8. 11 22. 23. C. de Procur. l. 8. §. 8. ff. d. t.

C Non Domini l. 1. C. de sent. & interloc. in principalem tamen datur actio iudiciali. 4. C. de Re Jud. Hodie condemnatio non in Procuratorem sed dominum fieri solet. Myns. cent. 6. obs. 11. n. 2. & Gail. 1. obs. 111. n. 3.

LXVII.

Tantum de primo objecto: Alterum est de Rebus, quæ sunt per Litis contestationem Litigiosa, A & per eandem præscriptio interrumpitur B.

A l. 2. C. de Litig. An omnibus in actionibus Litis contestatione res fit litigiosa? Distinguitur inter actiones personales & reales; In illis res fit litigiosa litis contestatione l. 2. C. de Litig. In his verò citatione. auth. Litigiosa. C. d. t. P. Frid. Mindan. L. 1. de process. c. 43. & Coler. p. 3. de process. exec. c. 11. n. 19.

B l. 3. 7. C. de præscr. 30. ann. l. 11. C. de acquir. poss. l. 26. C. de R. V. usucapio triennii sententia Judicis, nec litis contestatione vel in Jus vocatione interpellatur l. 8. §. 4. si serv. vind. l. 18. 21

E

de

de R. V. l. 2. §. fin. pro emt. Dn. Par. disp. Inst. 12. th. 9. lit. D. & Ampliff.
Dn D. & Præcept. Riemer. decad. 5. qq. Illustr. th. 3. inf. Diss. VVesen-
bec. in par. de Usucap. n. 15. triennem quoque præscriptionem
interrumpi Citatione existimans.

LXIX.

*Postremum objectum est de actionibus,
cui annectuntur Judicia; Ille producuntur
& perpetuantur per Litis contestatio-
nem.*

Dicuntur perpetuari actiones propter l. f. inf. de fidejuss.
tut. Diss. Bachov. ad Tr. disp. 12. th. 2. lit. D. vol. 1.

LXIX.

Producuntur actiones temporales.

Nam in 40. annos actiones in Judicium deductæ, &
postea silentio omissæ, producuntur l. ult. C. de prescr. 30. ann. l. t.
§. 2. in f. C. de annal. Except. Don. 5. Com. ult. Diss. Con. 3. Com. 11. n. 7.
tradens eas tantum actiones quæ ante litem contestatam
erant tricennales, ita produci. Aliter Cuj. 18. obs. 29. putans
actiones temporales extendi tantum in tricennium.

LXX.

Tam reales quam personales.

d. l. fin. & d. l. 1. §. 1. in verb. Exceptis omnibus actionibus, licet
personales sint, Treutl. vol. 1. disp. 12. th. 2. lit. E. & ibid. Dn. Hunn. in re-
sol. quest. 12.

LXXI.

*Perpetuantur actiones quæ morte per-
eunt.*

Ut pœnales. Regulariter enim non transeunt ad here-
des l. 111. §. 1. de R. 7. secus post litem contestatam §. 1. l. de perpet.
&

Et tempor. act. l. un. ex del. def. in quant. hered. Sed quia de omnibus non idem est Judicium, de iis in seqq. th. dicetur.

LXXII.

Morte pereunt actiones intentatae de criminibus privatis A vel publicis.

A De quibus j. th. 75, videatur ad hanc & seqq. th. *Vasq* l. 3. *controv.* 96.

LXXIII.

Haec si ad poenam corporalem instituuntur, in heredes plane non dantur, A Secus si ad poenam pecuniariam agitur, quod tamen non est universale.

A l. 3. *de publ. jud. l. fin. C. sireus vel. accus. mort.* Finiuntur enim morte delinquentis, & poenae suos debent tenere auctores l. 22. *C. de poen.* quod & eatenus extenditur, ut nec volentes adstringantur per l. 13. *in pr. ff. ad L. Aquil.*

LXXIV.

Si enim sententia est lata, A nec appellatum, B heredes omnino tenentur C.

A Alias regulariter poenae etiam pecuniariae in heredes non transeunt in criminibus publicis l. 20. *de accus.* quod tamen interdum fallit, ut ibi notat gl.

B Nam si est appellatum, possunt heredes prosequi appellationem, ne bona applicentur Fisco, si sc. sententia de persona & bonis expresse lata, l. f. *C. sireus vel accus. l. 3. C. si pendent. appell. mors. &c.*

C Si sc. tempus appellationi praestitutum praeteriit. Si enim adhuc potest appellari, & ademptio bonorum est expressa heredes remedio appellationis uti possunt; Alias ob-

ligantur, quia sententia transit in rem judicatam d. l. 20. Vae-
quius d. c. 96. n. 19.

LXXV.

De criminibus privatis si actio institui-
tur, rursus distinguendum erit; A aut enim
agitur criminaliter, & tunc prior distinctio
adhibenda est B.

A Cum Magnif. Dn. Praesid. Praeceptor. meo omni observant.
cultu prosequ. in Colleg. Crim. disp. 10. thes. 7. lit. A. Except. 4.

B Quod sc. sententia vel sit lata, & eos teneri, si non
superest spatium appellandi, vel non sit lata & eos excusari,
ut ita idem Juris sit, quod in publicis, quod vult gl. in d. lo. 20. ad
fin.

LXXVI.

Aut Civiliter, A & tunc tenentur ad
paenam, B silis est contestata.

A per l. 26. de O. & A. juncta l. 20. de accus. Magnif. Dn. Prae-
ses & Praecept. d. lo.

B Rei enim perleutoriae etiam ante litem contesta-
tam dantur in heredes. §. ult. l. de furt. l. 6. §. 2. ff. rer. amot. Dn. Par.
disp. Inst. 26. th. 6. lit. E.

LXXVII.

Judicium Litis contestatio inchoat atq;
fundat.

Lun. C. de Lit. contest. ibi res in Judicium. unde fundamen-
tum & primordium Judicii dicitur. Diff. Myns. ad §. omn. 2. l.
de pen tem. lit. Citationem initium Judicii constituens, contra
Rem rat. hab. Neque huc quadrat conciliatio Treutl. vol. 1.
disp. 12. th. 2. lit. A. in not. distinguentis inter actiones personales
& reales; cum nobis non sit quaestio de vitio Litigiosi, sed
quando Judicium inchoatum intelligatur. Bach. in not. ad d. lo.
Af-

§. 9. ad l. h. §. 18. d. Aa.
Ex parte presentis Cod. fin. l. 1.
ultra d. fin. l. 1. §. 1. l. 1. d.
d. fin. l. 1. §. 1. l. 1. d.
2. d. fin. l. 1. §. 1. l. 1. d.
d. fin. l. 1. §. 1. l. 1. d.
3. d. fin. l. 1. §. 1. l. 1. d.
am. d. fl. per. ff. de l. 2. C. rer. amot.

Actio q. n. h. d. fin. l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.
ff. de l. 1. §. 1. l. 1. d.

LXXIIX.

Affinia sunt; primus in summario Judicio contradictorius actus A supplicatorius libellus Principi oblatus, B & nominatio auctoris in Judicio facta C.

A Quem & quasi Litis contestationem Dd. nuncupant. Unde & quidam volunt eosdem producere hunc actum effectus, quos vera Litis contestatio gignit, A.K.hol. exerc. 14. n. 10. Intelligimus autem hic contradictionem, quæ fit circa merita causæ. Marant. de lit. contest. n. 2.

B l. 1. C. quand. libell. princip. obl. Dn. Par. ad rubr. d. t. Etenim per illam oblationem temporales actiones fiunt perpetuæ l. 2. d. t. & ad hæredes transmittuntur. d. l. 1. Mascard. de probat. concl. 986. n. 2. vol. 2.

C l. 2. C. ubi in rem act. Conventus enim rei vindicatione, si in Judicio nominat dominum, & denunciatione per Judicem facta nominatus contumaciter emanet, lis, quoad interrompendam præscriptionem, pro contestata habetur d. l. 2. & ibi Sichard. n. 14. Reum, nominando Dominum tacitè negare Actorem esse Dominum; atque ita tacitam sive fictam litis contestationem introduci refert Socin. ad c. quoniam. §. extr. ut lite non contest. n. 144. fol. 582.

LXXIX.

Ut & contumacia A & Judicis sententia interlocutoria B.

A Ut, si stetit per Reum quo minus is litem contestaretur, quærens subterfugia, & dilationibus non admittendis utens, actio transibit ad heredes. Vasq. 3. controv. 96. n. 26. per l. 10. §. 2. ff. si quis caut.

B Qua litem contestatam esse pronunciat, cum tamen verba Litigatorum ad contestationem Litis minimè sint idonea; modo in rem judicatam abierit sententia c. 62. cum seq. de

E 3 ap-

appell. Distinctione autem utendum videtur, quam refert Socin. in Com. ad c. un. n. 87. extr. h. t. fol. 228.

LXXX.

Contraria sunt, quae necessitatem Litis contestationis tollunt, ut Lex A Consuetudo, B statutum; C vel impediunt, ut Protestatio D & c.

A clem. sepè 2. in verb. non exigat. de V. S. Marant. de lit. contest. n. 2.

B Mynscent. 4. obs. 62.

C Socin. d. c. 5. n. 26. extr. h. t.

D Per eam enim contrarius animus declaratur, l. 14. §. 3. ff. de Relig. & ita profertur. Sage Beklagter / nicht animo litem contestandi, sondern allein zu gründlichen Bericht des streitigen Handels / daß ic. Schultes ad Termin. process. Jur. c. 208. Ejusmodi formula Litis contestatio impeditur Bart. in l. n. un. n. 15. Si verò Reus post protestationem libello simpliciter negativè responderet, hoc contrarium factum, præcedenti protestationi effectum adimit, per c. 9. extr. de constit. Gail. 1. obs. 73. n. 6. & Hedeman. d. disp. 15. th. 45. lit. D. Propterea admonet Obrecht Advocatos & Procuratores, ut cauti sint, & quamvis de lite non contestanda semel protestati sint; postea tamen libello contradicentes protestationem repetent. in d. tract. c. 7.

n. 63. Tantum hac vice de Litis contestatione, plura

DEO volente, alio tempore afferentur.

SOLI DEO GLORIA.



ULB Halle

3


006 608 973




Mus R+M

VDT7







1620,13

18

TE-
NE,

Camerali,

birante,

dinis, in hac Sa-

tissimi VIRI
DORICI,
cademiæ di-
m Criminalium
abinatus Assessoris
ui, omni animi

ilegiis, & im-
sequendis;

proponit
AN Junior.

HMANNI
K.